

4207 dicatus V id. Sept. Antonino Aug. II et Sacerdote II cos.¹ | N. s. S. i. M.² duo | Gessi Castus | et Severus simu|lacrum exorna|tum voto posu|erunt, | prosedente | C. Propertio Augurino sacer.³

Sentini in Umbria rep. una cum N. 4215 (XI 5736 vidit Bormann). — 1) A. 219 (ceterum consulum nomina alia manu incisa esse ac reliqua, fortasse antiquiora esse, ait Bormann). — 2) Numini sancto Solis invicti Mithrae. — 3) Fortasse pater C. Propertii Profuturi, qui circa annum 260 Sentini sacris Mithriacis 'prosedebat' (N. 4215).

4208 Invicto, | prosedente | Sevio Facundo, | Umbri | Rufinus et | Aemilianus | leones.

Sentini in Umbria rep. (XI 5735 vidit Bormann).

4209 ponit In|victo deo | austo¹, po|nit lebien|s² Fronto; | aram In- victo deo au|sto¹ F.³ leven|s² ponit, pre|sedente pa|trem patra|tum⁴ leone|m.

In Asturiae vico Isla, nunc Ovieta (II 2705, II S. 5728 Huebner vidit ectypum). — 1) Augusto? (Mo.). — 2) Libens. — 3) Littera incerta (Frontonis nomen iterum indicari putat Hue.). — 4) Alius pater patratus in religione Mithriaca est infra N. 4224; videtur non diversus esse pater patrum N. 4213. 4263. 4267^a cet.

4210 deo sancto M.¹, sacratis² d. p.³ Placidus Marcellinus leo, antistites, et Guntha leo (*Mithras taurum immolans*).

Romae rep. in Subura (VI 737 vidit Brunn, imago est ann. inst. arch. 1864 tab. N, quam repetivit Cumont mystères de Mithra II p. 198 fig. 24). — 1) M̄, 2) SACRATHIS (litteris H et I contignatis) videtur esse in lapide. Intellege, signum Mithrae sacratis (cultoribus Mithrae cf. N. 4214. 4262. XIV 286 cet.) dono datum esse (cf. N. 4217. 4264. 4564 cet.). — 3) Donum posuerunt.

4211 deo Soli invicto | Mytrae, felix Messala, | cum omnes sacratos, Catel|lus et Dianus posuerunt.

Romae (VI 750 vidit Henzen).

4212 C. Valeri|us Heracles pat.¹ | et C. Valerii | Vitalis et Nico|mes (sic) sacerdo|tes s. p. c. p. s. r.² | D. d. idi. Aug. imp. | Com. | VI et | Septi|miano | cos.³

Ostiae rep., in basi statucae marmoreae dei Mithrae vultu leonis, alati et serpentibus cincti, clavim utraque manu tenentis (XIV 65 vidi; imaginem post alios dedit Cumont monum. relat. aux myst. de Mithra II p. 258 fig. 68). — 1) Idem est infra N. 4227. 4228. — 2) Sua pecunia posuerunt. — 3) 15 Aug. 490.

4213 (*protome dei Solis radiata; hinc patera, illinc secespita*) Sex. Pompeio Sex. fil. | Maximo | sacerdoti Solis in|victi M.¹, patri patrum, | qq. corp. treiect.² tóga|tensium, sácerdo|tes Solis invicti M.¹ | ob amorem et meri|ta eius semper ha|bet.³

Romae apud Alexandrum Castellani negotiantem antiquarium, sed Ostiae sine dubio rep. (cf. not. 2), tabula aenea, iam in museo Britannico (XIV 403 p. 482 viderunt Henzen et Mommsen). — 1) Mithrae (M̄ vel M̄M̄ aes.). — 2) Quinquennali corporis treiectus cet.: Ostiae fuit corpus lenunculariorum treiectus Luculli (XIV 409 cf. 254), item ut videtur corpus treiectus marmorariorum (XIV 425) et fortasse alia similis denominationis collegia (cf. XIV 451), unde hoc quoque corpus Ostiense fuisse putandum est. — 3) Non intellegitur.